

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Crux m  
cum uariis

Vide quid de Deo tuo sencias. Vide quantum de eo presumas. Vide quibus brachiis  
uicarie caritatis redamandus et amplectandus sit qui tanti te estimauit, immo qui tanti te  
fecit. De latere enim suo te formauit quando pro te in cruce obdormiuit et ob hoc  
sompnum mortis excepit. Propter te a Deo Patre exiuit et matrem synagogam reliquit ut,  
adherens ei, unus cum eo spiritus efficiaris.

Bernardus super Cantica sermone XXVIII.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Crux m] Crux n P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quibus] quid P V<sup>1</sup>, quis V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; redamandus] reamandus  
M, amandus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; amplectandus] amplectendus P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; te formauit]  
reformauit L<sup>2</sup>